



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Incipiens ab Anno Domini D.XC. perueniens vsque ad DCC.XIV. nempe à Gregorio Magno Romano Pontifice, vsque ad Gregorium secundum

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

Praefatio Avctoris Cvm Imploratione Divini Avxilii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15007



ANNALES ECCL- SIASTICI.



EX superaddita oneri consueto Ecclesiasticorum negotiorum sarcina ad optatam quietem longe positam cum magis anhelem atque suspirarem: magna tamen octavi Annaliū tomī inscriptionem aggreddiendi ex eo mihi fiducia comparatur, quod pro foribus Gregorij Magni occurrat, patronus idem noster duplici sub-
 titulo profuturus, adminiculo precam scilicet, quibus
 Annaliū consilietur auxilium, & suorum scriptorum co-
 pa, ex quibus tanquam ex locupletissima cella pen-
 ita, ut sciamur erunt scribenda, ipse abunde suppedi-
 tur. Verum non progreditur solus, cum in occursum e-
 gressus, sed quæ præcedit in titulo, prima procedit in
 hoc nobis optulitura præcurrens Virgo Deipara. Am-
 blestem enim nomine, nempe Mariæ, atque Gregorij,
 multa roborantur Ecclesiæ, apud quam fidem Annales
 nostri hæc elaborati, scripti, recitati, ac sepius repetiti,
 præparatus in laudem editi. Quæ igitur prior ordine
 hinc inde elementis, nobis occurrat potior in auxilio, at-
 que veritate potentior adit: Ipsa mater foueat partus
 hinc atque per hanc matris suis. Ut enim quos ad genua Ra-
 chis præcurat eius: anella, ipsa eos suos filios esse dice-
 bat, & in suis hæc lege esse dicat, oportet nostros Anna-
 les ipsi Virgo sanctissima, quos summo labore, ad eius
 gratia procolati, eius precibus consecruimus partu-
 rit.

Sed hæc in deo igitur magis Animus, quod creuerint no-
 bis ex recenti collata dignitate subsidia: glorio-
 sa enim martyris patrocinij quoque titulo accesserunt,
 item discipuli, conciliatores regie virginis nuptiarum
 cum sponsa celestis, atque eiusdem ad coronam marty-
 ri promotores, eunuchi fratres, concupiscentia steriles,
 hæc ad optole facundi, potentes gratia, gloria celebres,
 decoro purpura, cotonis fulgidi, insignes palmis Nereus
 & Achilleus vni cum martyre æque & virgine Flauia
 Domitilla. Quibus cum Magno Gregonio in auxilium
 vocatis, erit mihi in sancta quadriga ista, cui insideat an-
 gela Deipara, magna fiducia: adeo ut illud ex Cantico
 hæc occurrere liceat: *Quadrige tuæ saluatio*, qua cum ve-
 hementer, ad eas quoque accessit & transitu diuina fa-
 cile præparato sperans insuper Dei beneficio dandum, ut
 cum Annaliū, annis quoque vitæ bene perfun-
 ctis amplius in circi istius vitæ periculis & calce
 reddendos ad caretes, sursum caelum versus
 extra alto coelesti, adminiculo scilicet Sanctorum pro-

cum, sublimis tollat, atque ex optato in Domino tan-
 dem perpetuo requiescam.

IESV CHRISTI ANNVS 590.

GREGORII PAP. MAVRITII IMP.
Annus I. Annus 5.



VINGENTESIMI nonagesimi Christi
 annis gestæ maiori ex parte in superio-
 rem tomum relatae sunt, vsque videlicet
 ad electionem Gregorij Magni in Ro-
 manum Pontificem: iam vero reliqua
 prosequamur de rebus ab eo præclate gestis post electio-
 nem vsque ad finem præsentis anni, qui & Imperij Mau-
 ritij Augusti quintus numeratur, octaua Indictione ad
 mensis Septembris terminum decurrente, & nona tunc
 inchoante.

Sed antequam ista aggrediamur, quod in primis ad
 rationem annorum Mauritij Imperatoris ab hac nostra
 assertionem, qua ponimus sancti Gregorij creationem sub
 anno quinto eiusdem Mauritij. Præter id enim, quod
 superius dictum est anno primo eius Imperij: qui huius
 temporis suæque ætatis breuiter res gestas conscripsit
 Ioannes fundator monasterij Biclarensis (hoc enim ti-
 tulo eius perbreuis historia inscribitur) asserit istud i-
 psum, anno videlicet quinto eius Imperij sanctum
 Gregorium esse creatum Pontificem: quo patitur anno
 Theodosium Mauritij filium à patre tradit Cæsarem esse
 dictum. Hæc de anno Imperatoris, & promotionis Gre-
 gorij in Pontificem Maximum.

Sed his reuocatis ad calculos, aliam iniisse oportuit
 rationem, quam vide superius anno quingentesimo o-
 ctogesimo sexto, vbi annum primum Mauritij, auctori-
 tate Græcorum & Laëtorum, & Biclarensis huius par-
 ter collocamus, sed opus fuit dimouisse.

Quod autem ad idem ordinationis eius spectat, nihil
 est, quod reuocari possit in dubium, vrpote quæ ob ex-
 cellentiam tanti Pontificis relata fuerit singulari præro-
 gatiua in tabulis Ecclesiasticis, annis singulari in memo-

I.

II. DE ORDINATIONE S. GREGORII PAP.

III.